



# Universitätsbibliothek Paderborn

**Instrvctio Magistri Novitiorvm**

**Juan <de Jesús María>**

**Coloniæ, 1613**

Admodvm Reverendo & Religioso in Christo Patri, D. Tilmanno Clovt, I. V.  
Doctori, Et Cartusianæ Domus Agrippinæ Coloniæ intra Muros Priori  
meritissimo. S. P.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48543](#)

ADMODVM REVEREN-  
do & Religioso in Chri-  
sto Patri, D.

# T I L M A N N O

CLOVT,

I. V. DOCTORI, ET CAR-  
tusianæ Domus Agrippinæ Colo-  
niæ intra Muros Priori  
meritissimo.

S.P.

 I quo R. P. interminæ  
Beatitatis summo bono  
ardentibus frus votis  
mortaliū exoptant in-  
genia; ad id summā ope animorū per  
culturam contēderent, melius se res  
humanae haberent. Bonus quippe o-  
mnigenæ virtutis omni in loco odor  
spiraret; emortua iacerent vitia. at  
quia calent vota, & languēt studia,  
steriles tantum non dominantur a-  
uenæ. herbescūt inquā passim ma-

\* 2

la,

EPISTOLA

la, exarescūt bona. O infirma huma-  
nitatis! vult & non vult. quæ malū  
istæc pigredo est! æternabilis amat  
vitæ donū; tēporarij refūgit laboris  
onus. vult cælicā potiri luce; nō vult  
terrenā premi cruce. seculi amore  
præpostero transuorsum agitur. ter-  
ræ adfixa hæret. ut se in altum non-  
nūquam eleuet, quām mox proprio  
grauis subsidit pondere. stat diuisa;  
sollicita præsentium, cupida futuro-  
rum. Plurim fere hæc sors est,  
qui in lenti mundi turbulentis undis  
vitam ducunt, non edicunt. Melior  
longè Deo deuotorum conditio est.  
vota factis student exequare. ab illo  
qui supra est præparatore & incen-  
tore animorum animantur spe coro-  
na gloriae, fugantis timorem. pīj in la-  
boris laudabili pertinaciā tan-  
quam in semente clusæ. hinc exoscu-  
lantur vias duras, in infirmitatibus  
roborantur. assiduā exercitatiōne, fi-  
deli

## DEDICATORIA.

deli manuductione primeuo à flore  
componūtur in virile robur. nā si sit  
quod velex intuitu atq. occursum ma-  
gnorū proficias; quid præstabit soli-  
de virtutis perfectū magisteriū, cō-  
suetudo, cōtuberniū? nō ludent circūs  
præcordia. descendēt inspectus. totū  
indubie hominem occupabunt. cur-  
uatas trabes calor explicat; quid non  
continuo molimine religiose intētus  
ac piè diligens vincat labor, salutis  
exantlatus gratia? maximē ubi non  
ad exemplar verborum tantum, sed  
& factorum viuitur ubi auxiliatri-  
cis manus nō deficit adiutorium. do-  
cte malo occurrere, & tentamento-  
rum subdolas pestes seriarum mo-  
nitionum salutari medicamine ab-  
igere. firmare formare q̄ metes om-  
nem hostis aduersus insultum profi-  
cuis præceptionibus. Vbitanc Vir-  
tutis Schola? vbitam sublimis Do-  
ctor? in religiosa perfectionis Asce-

## EPISTOLA

serio. Quid veritatis lucifuga, virtutis supplantator, sublestæ fidei obmurmurat Hæreticus? videat hic incudē quā virtutis magister cudit arma nō utēda nisi fortibus. Stupeat artē modūque instructionis tā excellentis, quā obstetricāte non ab impotenti tantum insultu in prauum protrudentes reprimūtur affectus; sed vera virtus perpetuum securūque gaudium tamquam perennem diē prestat. intercurrunt quidē nubes; sed non vincunt, sed infraferūtur splendorē ut minuāt, non tollūt. cogitata hæc ardua sūt, facta difficiilia. fabulas putent, qui quæsibi facilia factu arbitrantur aequo animo accipiūt; supra velutificta profalsis ducunt: Deo dilecta illa agmina religiosorum, instructa fortiter, educta masculine, probata durè. fidem dictis dabunt. Tantum momenti est in Instructione. ab eā omne perfectionis incre-

## DEDICATORIA.

incrementum pendet. Torpet illa? fo-  
sordia atque desidia bonum otium cō-  
teretur. Viget: coalescent per omnem  
modum animorum vires. surgent apti  
spirituali militiae viri. Non modicum  
opinor compediū huic rei adferet ge-  
mina haec quā Nouitorum quā Ma-  
gistri eorundem, à magno docto pio  
viro elaborata Instructio. Religiosū  
opus. intra Alpes id cōtineri non vi-  
sum mihi è publico bono eduxi & tui  
Reuerende pater nominis inscripti-  
one immensum illustravi. multa mo-  
uerūt. volui verum scriptionis serie  
estimatorē, in ipso perfectionis sta-  
dio decurrendo nauier exercitum.  
familia vestra hoc ingenere inter  
primas familiam ducit, & tu in eā.  
eō te euexit adamatā medullitus hu-  
militas, ostensa in arduis prudentiā,  
irradians singula pietas. spretæ cla-  
ritudinis magnis olim Themisteā ex  
Doctoratus laureā adeptæ laboribus.

\* 4

Hæc

EPIST. DEDICAT.

Hec sunt vicaria & succedanea decora. præludia præriorum sunt germinantes tumores sunt, florum immarcessibilium ac fructuum immortaliū indices. Perge modo ut cœpisti Doctor & Doctor esse tuis. me adfectu quo assoles prosequere. Haueto. Coloniae pridie S. Matthiae. 1013.

R. Patern. Tuæ

Obseruantissimus.

Ioannes Crithius  
Bibliop. Colon.

AL-